BEDA VENERABILIS. HIERONYMUS
2. Viertel 12. Jh. Seite 139r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ficta dicuntur: quia ad inuicem respiciunt. ad deum. in una sine altera nequaquam
possit haberi. Omnis enim qui credit quoniam ihesus est xpus ex deo natus est. & omis.
qui diligit eum qui genuit diligit eum qui natus est ex eo. Et sicut rursum dicit.
Qui non diligit fratrem suum quem uidet. dum quem non uidet quomodo potest diligere.
Vnde recte ostium exterius dilectio fraternitatis. interius est dilectio intelligendi
diuina. quia illa prior tempore hec est dignitate sublimior. & pulchra ad
hanc intrantur quia in amore proximi discimus qualiter amari conditor debeat.
Vtrumque autem ostium duplex erat. & se inuicem tenens aperiebatur quia in utraque
dilectione duo sunt que principaliter obseruare debemus. In dilectione enim
fidei ueritatis & puritatem necesse est habeamus bone operationis. sine fide enim
impossibile est placere deo. & fides sine operibus mortua est. in amore autem
fraternitatis. patientia est & benignitas seruanda. dicente apostolo. Karitas pa
tiens est. benigna est. patiens uidelicet ad tolerandas molestias iniurias que
proximorum. benigna uero ad dimittendum ex corde & benefaciendum eis quorum
iniurias sustinet. Quale nos karitatem habere uolunt dominus cum ait. dimittite & di
mittetur uobis. date & dabitur uobis. dimittite iniurias ledentibus uos. date sub
sidia peccatoribus. quibus laxatur iniuria. quale nobis impendere desiderat dilectio
nem ipse qui nos in oratione docere precepit panem nostrum cotidianum da nobis
hodie & dimitte nobis debita nostra. sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
Vtrumque ergo ostium duplex erat. quia dilectio utraque gemino ordine proficit.
Vtrumque se inuicem tenens aperiebatur quia iuncte sunt uirtutes. neque ab inuicem
queunt diuidi. Nam neque fides sine operibus neque sine fide deo possunt bona
opera placere. neque mente fortem iniurias sufficit qui ea que tolerat etiam ea que ne
cesse habet cum possit ministrare contemnit. neque ea quae substantiam mundi
habuerit satis est. de hac egenti proximo dare sine etiam eis quas sibi forte in
rogauerat molestias sincero ex corde remittat. Quod enim de utroque illo ostio
dicitur quia inuicem se tenens aperiebatur nisi hec apta separationem ab inuicem
spiritalium designat uirtutum. s. hoc poterit indicat. quod per harum coniunctionem
ingressus nobis sedis ecclesie magis magisque patescit. ut quanto his amplius habundemus
euehi sedes ecclesiae ad societatem. sicut etiam diuisio maris rubri per quam populus di egyptum
persequentem euasit. non diuisionem unici baptismatis. s. apertionem poterit significauit
qua ex uetustis peccatis omnibus ad lituus ac soliditatem transeamus uirtutum. Vel
certe ostium quod inuicem se tenebat aperitur cum per ministerium predicationis discer
nitur quod pertinet ad cognitionem fidei. quod ad uiuendi castitatem pertinet. quae
tamen utraque a sua nequeunt concordione separari quantum distet inter
proximorum mala tolerare. & eis nam bona commodare. cum hec certissime so
leant in uno eodemque corde perfectorum indissolubilia permanere. Notandum